

VOCABULARIUM
VIRIBUSQUE IURIS.



*Emendatum et auctius quàm antiquissimis
operibus ALEXANDRI SCOTI D. D.*

Accesserunt præterea Observationes quædam Ælij Ant. Nebr.
in Accursium : Iuris civilis Compilatio : Legum Romana-
rum, quæ de iure publico erant, Index, ex variis Auctorum
lucubrationibus collectus.

10
14881



Sumptibus Horatij Cardon.




MDCCCLXXXVIII



REVERENDISSIMO
DOMINO, D. GVLIELMO
CHISOLME, EPISCOPO
Vaisonenſi digniſſimo,
S. P.



VS QVAM equidem illos
laude dignos arbitratus
ſum, Præſul ornatiffime,
qui morem antiquitus re-
ceptum, vt quiſque ingenij lucubra-
tionumque ſuarum opera, quæ in pu-
blicum prodire velit, illis nuncupet,
quos amet, colat, aut reueretur, tan-
quam infulſum & parum liberalem cri-
minentur. Cùm enim Plato tum de-
mum rempublicam optimè habitu-
ram pronunciauit, cùm aut philoſo-
phando Princeps, aut imperando Phi-
loſophus ingenij neruos intenderit, re-
rumpublicarum curam gerentium au-
ſpiciis priuatorum hominum otia di-
cari cœperunt, partim quoniam ita nos
eis plurimum debere teſtamur, partim



ADVERSUS IN-
FANTES IURISPE-

RITOS, VERBORVM
cultum non esse asper-
nandum.



VOCVM proprie-
tas, significatio ac
interpretatio, quā-
ti in civili pruden-
tia sit momenti, hoc
ipso manifestū est:
quod Iurisconsulti ferè simul ac edi-
ctum aliquod propositum est, mox ad
verborum interpretationē properant:
nec in edictis modò id observant, sed in
ceteris quoque ferè omnibus iuris tra-
ctatibus. Hinc Labeo Ancistius, te-
ste Gellio, iuris quidem civilis disci-
plinam principali studio exercuit, &
consulem



P R O O E M I V M
V O C A B V L A R I I
V T R I V S Q V E
I V R I S.

QUONIAM iuri operam daturum, prius nosse oportet unde nomen iuris descendat, ff. de iustitia & iure. l. j. in princ. & (ut ait Philosophus primo Elenchorum) qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, id est, decipiuntur. Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit, secundum Isido. Turpe etiam videtur patricio, & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo versatur, ignorare. ff. de Orig. iuris. l. ij. §. Servius autem Sulpitius. & de Hæreti. cum ex iuncto. xxxviij. distinct. sedulo. Ex quibus omnibus habetur, quod nemo debet ignorare scientiam, in qua versatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit, Bene est, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de
Voc. Vtrius. Iur. b ipsius



Vocabularium vtriusque Iuris.



De littera A.



LITTERA salutaris à Cicerone in ca. p. Milone, quòd, ut scribit Alconius, si videbatur iudicibus bona causa, ab-

soluebant reum: nota, neque ab-
solutionis, A littera in tabella,
quam à Prætorè accipiebāt, scri-
bebāt. Cicero: [quod nisi vidis-
set posse absolui cum qui fate-
retur, cum videret nō fateri, ne-
que quæri vnquam iussisset, nec
vobis tam salutarem hanc in iu-
dicando litteram, quam illam
tristem dedisset.] Eadem nota
fuit in suffragiis & comitiis le-
gam, qua se ciues repudiare ro-
gationem significabant. Nā duæ
dari tabule solebant, quarum in
altera V.R. id est, uti rogas, scri-
ptū erat: in altera; A id est, An-
tiquo, antiqua seruo, noua nō
placēt: est enim, ut Festus primo
libro scribit, Antiquare, in mo-
rem pristinū reducere, Horoni.

ACERRO herede legatè: certo
heredi ut legatum aliquod præ-
stet, mandare, sic, ut ab illo de-
beat solo. Cicero in Topicis,

[Si paterfamilias vxori ancilla-
rum vsumfructum legauit à fi-
lio, neque à secundo herede le-
gauit, mortuo filio mulier vsum
fructum nō amittet.] Idem pro
Cluentio: Itaque ei testamento
legat grandem pecuniam à fi-
lio, si qui natus esset ab secundo
herede nihil legat. Marcellus, l.
6 ff. de Aucto & argento: [Seia
ab hærede P. Meutio ita legauit.]
Julianus l. quantū, 51. ff. de le-
gat. & fid. 2. [Si filius familias
qui filium habebat, heres insti-
tutus fuisset, an ab eo filio eius
legati posset? Respondi eum
posse à filio patri legari] &c
Item: Si mihi seruus à te herede
legatus fuerit. [Nemius l. à Ti-
tio 64. de Furt.] A Titio herede
homo Seio legatus, ante aditam
hereditatem Titio furtum fe-
cit. Rotoman.

ADVVMVRO, pro Imperio,
vel permissu Duumviri, Vlpia-
nus l. si quis 52. §. 6. ff. de Furt. [Si
furtiuum meum quis quasi suū
à Duumviro, vel ab aliis qui po-
testatem habent, de carcere vel
custodia dimitteres, an is furti

E X

OBSERVATIONIBVS
 ELII ANTONII NE-
 BRISSENSIS IN LIBROS
 IVRIS CIVILIS.

De Glaucō & Diomede Accurs. somnium.



ST in præfatione Digestorum peroratio Iustina. Impe. in hæc verba, *Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos inuenimus, quatenus sint optimi iustitia & reipublica ministri, & vos maximum docus in omne auct sequatur. Quia vestris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homer. patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes.* & subdit carmina Homeri sumpta ex 7. Iliad. libro, vbi narrat quò pacto in oblidione Troiana Diomedes cum Glaucō Hippolochi filio cōgressus, cepit ab illo quætere quis esset, quibusque maioribus ortus. Cui Glaucus se Bellerophontis nepotem, Hippolochique filium esse respondit. Cùmque Diomedes vetus hospitium Oenei Bellerophontisque vtriusque auorum fuisse intelligeret, pugna abstinuit, atque ita commutatis armis digressi sunt, quasi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autem Glau. arma aurea centum bobus æstimata, Diome. ærea novem bonum. Quod Accurs. nescio quibus furiis agitur exponens, ait, Diomedes cùm rediret per mare à Troia victoria, indigebat vino, & inuenit Glau. iuxta mare abundantem vino,